



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Commentaria In Regvlas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In
Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati**

Chokier, Jean de

Coloniae Agrippinae, 1674

Reg. XVIII. de Viginti, sive de infirmis beneficia sua resignantibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62377)

- infirmirate infra xx. dies moriturum.
33. Hodie ex constit. Clem. vii. satis est ad effectum hujus Reg. quem infirmum esse ante vel post consensum praestitum.
34. Hodie Papa communiter derogat huic reg. quando resignantes sunt extra Curiam.
35. An legatus cum potestate legati de latere huic reg. derogare possit?
36. Una eademque dispositio potest diversis respectibus judicari favorabilis & odiosa.
37. Dies de qua in hac reg. debet computari à die consensus praestiti in Camera vel Cancellaria.
38. Dies quot modis accipiatur.
39. Dies quo consensus praestatur resignante debet computari de momento ad momentum, dies tamen praestati consensus non computatur interitino seu numero xx. dierum.
40. Dies obitus resignantis non habendus pro completo.
41. An Regula haec sit odiosa & favorabilis.

REGVLA XVIII. INNOCENTII VIII.

Qua est PAULI V. XVII.

DE VIGINTI SIVE DE INFIRMIS BENEFICIA
SVA RESIGNANTIBVS.

Item voluit quod si quis in infirmitate constitutus resignaverit aliquod beneficium sive simpliciter, sive ex causa permutationis, & postea infra xx. dies de infirmitate decessit, ac ipsum beneficium conferatur per resignationem sic factam, collatio hujusmodi nulla sit, ipsumque beneficium per obitum vacare censeatur.

GLOSSEMA ALPHONSI.

- I**n ista Regula dicitur, quod si unus infirmus resignat beneficium suum simpliciter, & intra viginti dies de ipsa infirmitate decessit, quod dicitur illud beneficium vacare per obitum, & non per resignationem, etiam si factum sit per resignationem. Ista Regula venit ad obviandum malitiam hominum, maxime Curialium: quia si infirmus crederet se evadere non posse, resignabat beneficium in favorum alicujus, & sic quodammodo videbatur defraudare expectantes Apostolicas, & ordinarium: & quod posset quodammodo facere Testamentum de Beneficiis suis.
- B** Princeps qui potest facere factionem pro veritate, & plene prosequitur Bart. in l. his qui pro emptore: ff. de usu cap. fingit istud beneficium vacare per mortem, & non per resignationem.

resignationem ut hic, nam licet verè vacet per resignationem etiam ex causa permutationis
 ut in c. i. deret. permut. lib. 6. tamen propter fraudem censetur vacare per
 mortem & collatio facta per resignationem non valet ut hic: sed per mortem valeret, &
 reg. venit c. susceptum de rescript. lib. 6. ubi dicitur in secundo responso, quod si unus im-
 petrat per verum modum vacandi, & alius non, etiam si sit primus, tamen secundus debet
 haberi. Sed hic dicitur Contrarium, propter fictionem Principis qua habetur pro veritate ut
 in d. l. si quis qui pro emptore & c. is qui de sponsal. Si tamen ille qui impetravit secun-
 dum veritatem, id est per resignationem, exprimeret vel alio quovis modo vacaverit, tunc
 videtur quod etiam si vacet per obitum censetur bene impetratum beneficium, non obstante
 hac reg. & hoc per gl. in verbo expresse in d. c. susceptum in i. respon. hoc tamen
 procederet verum, si non apparet de alio impetrante per mortem secundum istam reg. &
 in probo per ea, quae dicit Lopus ad limitationem dicti c. susceptum in allegatione
 lxxix. refert Domini in d. c. & sic intelligo decisionem Rota dicentem, si beneficium im-
 petratum expresse uno modo vacandi cum clausula quovis alio modo vacet, quod etiam si
 non vacet primo modo expresse, sed alio modo, nihilominus fit per illam clausulam quovis alio
 modo, dummodo per eandem personam vacet, ut dicit decisio xxvii. quae incipit. I-
 tem si mandetur alicui provideri: quia hoc est verum nisi alius impetraverit per verum
 modum vacandi per praedicta.

Et hoc intelligo verum, quando iste modus impetrandi, scilicet vel quovis modo & c. poni-
 tur in beneficio vacaturo secundum primum responsum dicti c. susceptum; secus de iam vacan-
 te. Pono exemplum de primo etiam in terminis hujus reg. si beneficium vacavit per resignatio-
 nem infirmi, & tu impetras per resignationem sciendam vel alio quovis modo vacaverit: quia
 clausula raro solet dari per d. deci. & ille moriatur infra xx. dies: & tunc ego impetro per
 mortem, & dico quod ego debeo tibi preferri, quia impetravi per verum modum vacandi, etiam
 si tu habeas vel quovis alio modo vacabit per dictum Lap. & Domi. in d. c. susceptum &
 video quia erat beneficium vacaturum & Papa non intendebat dare tibi per istam reg. cui so-
 let expresse derogare, sed in beneficio iam vacanti, secus est. Nam si tu impetras per mortem
 tunc beneficium cum clausula quovis alio modo, & ego impetro per ejus permutationem ad
 Cathedralium, qui est verus modus vacandi, certe in hoc casu videretur quod tu debeas pra-
 ferri mihi, & hoc ideo, quia quando genus venit verificandum in una re tantum, tunc
 datur specialis gratia, & non generalis, & praefertur specialis, & iste est casus singularis
 cum gloss. fin. in c. ex parte lo. r. de off. deleg. & ibi no. Abb. & allegat Bald.
 in questum ff. de fund. instruct. & hoc intelligo verum, maxime quando non poterit
 prima gratia in secundo vacaturo alias secus, & hoc per c. dudum cum gl. & ibi
 dicit Dominicus de praeb. lib. 6. ex quo limitabam aliam decisionem Rota dicentem, quod
 cap. susceptum non habet locum in acceptatione, quia est declaratio voluntatis & c. ut
 dicit decisio cccxviii. quae incipit. Item licet impetrans, quia hoc habet verum,
 D d visi

GLA
 RINTA
 CARLA
 LAS
 AHES
 LICOR
 IPPE RINTA

nisi apparet alius novus provisus per verum modum vacandi per dictum c. & hoc facti de-
 cif. cccxxxvi. quae incipit. Item si mandetur mihi provideri. Et quia gratia illa
 acceptantis poterat verificari in secundo vacanti, idem genus suum non praefertur speciei, ut dicitur
 per d. c. dudum. Et iste casus quotidie fuit in Rota practicus, hoc ego allegavi, et non solum
 cet quod etiam si primus impetravit verè cum Clausula quovis alio modo: & in secundo per
 verum modum vacandi, quod praefertur primus in vacanti: secus in vacaturo: nisi possit
 imputari subreptio vel malitia; & propter has cavillationes solet hodie poni in supplicatis
 clausula. sive quovis alio modo vacet per eandem personam. vel aliam &c. neque
 tamen quod practicaverit Rota.

E Item inharendo verbis hujus reg. sui interrogatus in Curia, quod si unus fuit percussus, sed
 non erat spes mortis, & resignavit beneficium suum, tandem mortuus est intra xx dies, sed non
 illa infirmitate, sed fecit rem cum pulchra muliere, itaq. medici dicunt quod non ex percussione,
 sed ex alia infirmitate mortuus fuit, an habeat locum ista reg. & prima facie dicebam ego quod
 non, propter verba regulae ibi de ipsa infirmitate & allegabam gl. & doct. in l. i. c. de
 menda. lervo. & in c. 2. de clerico percuss. quia ipse non desecit infra triduum, nec
 infra breve tempus, ergo &c. sed in hoc dicebam quod esset standum iudicio medicorum, arg.
 septimo mense ff. de statu hom. & cap. propositi de probationibus & ibi di-
 cunt Docto. in c. fraternitatis de frig. tamen nescio an fuerit decisum.

G Item sciendum quod si hodie in Curia unus est infirmus, & vult renuntiare beneficio, & po-
 rit derogari huic reg. & ubi sunt favores Papa derogat. sin autem minime, imò datur illi be-
 neficium vacaturum per mortem illius futuram, & tunc esset dubium, an iste qui speravit
 resignationem debeat obtinere, si infirmus supervixerit xx. dies: an iste qui impetravit certum
 futurum, in cuius favorem Papa reservaverat illud beneficium? & certe ego dicebam
 ille primus: quia ille erat verus modus vacandi, & vacaverat: tamen secunda reservatio est
 ampla & cum Clausula quovis alio modo &c. & Papa revocavit omnes profectus
 quas fecerat de illo beneficio, & refero me ad bullam & ad veritatem.

H Item quia hic dicitur, si infra xx. dies moriatur &c. debet intelligi de die naturali scilicet
 horarum arg. l. more Romano, cum gl. ff. de feriis licet dies dicatur quidam solaris,
 quidam lunaris & quidam naturalis, & ibi notatur & multipliciter capiatur dies ut notat
 in c. 2. de feri. tamen in hoc casu crederem quod computatur de momento ad momentum
 sicut gl. in cle. sicut de appellat. & decis. Rotae, decisione cccvii. quae incipit, l.

I Item quod terminus octo dierum, & credo quod sic intelligat Rota, & non de diebus
 artificialibus, & ista dictio infra hic posita. includit utramq. diem de momento ad momen-
 tum, faciat gloss. in clem. sicut de Appell. & decis. Rotae, decis. 207. & credo

K quod sic intelligit Rota & non in diebus artificialibus. Et ista dictio infra hic posita includit
 utramq. diem de momento ad momentum, faciat gl. in cle. quam vis de Appell. in ver-
 bo

bo infra dictum, & quod dicit Jo. Anđ. in c. præterea de app. licet in rei veritate non esset abſolutus intellectus quod intelligeretur de die artificiali: quia ista reg. est odiosa: sed contra Contrarium præticari in Curia.

COMMENTARIA IOAN. A CHOKIER.

In ista Reg.) Notandum hanc Innocentii Reg. auctiorem esse factam per alios novissimos Pontifices, nimirum Hadrianum vi. Clementem vii. Julium ii. quos exinde ad nostra usque tempora secuti sunt alii: Nam post vocem *permutatio* adjecta vides in modernis Regulis sequentia parentheſi inclusa (vel alias distincte aut illius *Commenda* cesserit, seu ipsius beneficii unionis dissolutioni consenserit, etiam *reg. supplicatio* dum esset sanus signata) & postea infra xx. dies (a die per ipsum resignantem præstandi consensus computandos) de ipsa infirmitate decesserit ac ipsum beneficium (aut unitate) conferatur, per resignationem sic factam &c. quas clautulas maximæ etæ ingenie in progressu Scholiorum faciliè deprehendes.

Verum: quia hujus regulæ ulus nedum utilissimus est, sed & frequentissimas, ut post Gomeſ. hic in præfat. scribit Flam. Paris. tract. de resignat. benef. lib. 12. in præfat. num. 1. illiusque disquisitione longè latè que apud DD. pateat, non alienum putavi ab instituto meo, si priusquam Glossographi nostri Glossema notandum assumam, breviter attingam ac potius perstringam quæſtiones quæ a Doctoribus nostris longis ambagibus & sinuosis anfractibus passim tractantur. Querunt igitur in explicatione hujus reg. Mandosius, Gomeſius, Rebuffus, Auctor Analytici Commentarii, alique non pauci, an Regula hæc locum obtineat in Cardinalibus infirmis resignantibus? & videtur quæſtio dependere ab alia nimirum an Cardinales comprehendantur sub Regulis Cancellariæ? quam contra Felii. in cap. aures num. 12. de Rescript. & Gomeſium hic alioque Mandosius quæſt. 2. solvit negativè, motus maximè auctoritate Barbati Conf. 23. num. 18. vol. 1. & in tract. de præstan. Cardin. quæſt. 7. in fi. scribentis, Cardinales non ligari Regulis Cancellariæ, quæ sunt odiosæ & exorbitantes. Unde propositam quæſtionem principalem etiam resolvit negativè adversus Gomeſium: ad cujus argumenta diversis rationibus responder. Contraria tamen opinio in qua refidet Gomeſ. d. loco videtur verior, & magis communis pernat. Flam. Paris. d. lib. 12. quæſt. 4. num. 7. Igitur multò magis Reg. comprehendet illorum familiares, imò & Papæ familiares, cum illius dispositio quæ generalis est extendatur etiam ad personas alias privilegiatas Bald. in l. in fraude §. si quis ff. de testam. Mil. Dec. Conf. 5. & Conf. 120. Flam. Paris. d. lib. 12. quæſt. 5.

D d 2

n. 21.

n. 21. Quo fit ut ex sententia Gomeſii q. 5. & 6. Flam. Paril. d. q. 12. n. 6. (licet ab istis diſſideat Mand. q. 3. ut dixi) etiam exempti & exemptæ, quales ſunt Abbas & Abbatilla ſub hac reg. comprehendantur, unde tales habentes dignitates collativas quæ (exceptis iis quæ ſub Concordatis comprehenduntur) renunciant poſſunt, ligantur etiam diſpoſitione hujus reg. quæ licet loquatut de beneficiis, nihil tamen verat quo minus ex identitate rationis dignitates etiam includat, q. in e. 1. de reg. Jur. in 6. l. poſtulaverint §. ratio ſſ. de adult. l. Illu d ubi gl. ad l. aquilam. Rebuff. ad hanc reg. in addit. in verbo aliquod beneficium. Unde ſequitur quod ſi Abbas vel Abbatilla infirma, de facto reſignaverit, & inſi à viginti dies de eadem infirmitate deceſſerit, poterunt moniales vel monachi liberè eligere, ubi tamen vigent Concordata &c.

Notandum porrò, ut huic reg. locus ſit, requiri quod quis reſignaverit: non enim ſatis eſt ſi reſignare promiſerit, vel ad reſignandum procuratorem conſtituerit Rebuff. in praxi ad hanc reg. gl. 3. ſed requiritur, quod conſenſus ipſius reſignantis, vel ſui procuratoris in loco ubi fit reſignatio, interveniat, quod q. ejuſmodi reſignatio ſit admiſſa, vel per Papam, vel per Legatum, aut ordinarium vel alium Rebuff. d. tit. gl. 10. n. 2. & gl. 12. n. 1. quod intellige juxta ea quæ inſi à ſcriptis n. 17. quæ lucem dant huic articulo.

Verum quod dixi de infirmitate, intellige ut non præciſè requiratur inſirmitas tempore quo fit, & expeditur mandatum, vel inſtrumentum mandati ad reſignandum, quamvis videatur hoc ſentire Gomeſ. hic q. 12. qui ſcribit quod omni tempore debet qualitas infirmitatis ad eſſe, aliàs valet per reſignationem, quid enim ſi ſanus hoc facit, & inſtrumentum penes ſe ſervat, vel non levatur, ſed manet in matrice Notarii, donec accidente infirmitate levetur, vel tradatur curlori: tunc locum fore huic Reg. ſcribit Auctoꝝ Analyt. Comment. ad hanc reg. n. 326. quæ loquitur de reſignatione facta, vel executâ contemplatione infirmitatis, quæ reſignans correptus eſt: ſecus ergo ſi ſanus non ſolum confecit, ſed etiam tradidit, & miſit inſtrumentum Romam, deinde currente veredario reſignans a quo decidat, aut gladio vulneretur, aut aliàs inopinata infirmitate corripiatur & moriatur, & poſtridiè reſignationis admiſſæ, vel deinceps, inſi tamen deceſſerit, tunc enim non erit locus huic reg. nec beneficium vacabit per obitum, quia tunc ceſſant fraudes, & rationes finales hujus reg. nimirum hæreditaria beneficia cum ſuceſſio, & ſtudio fraudandi ordinaris à collatione ſua: ſed hodie attenduntur interpretes de qua infirmitate hæc loquatut reg. an de gravi, an vero etiam de levi infirmitate? de quo videto mand. q. 5. & Gomeſ. q. 28. qui concludunt Regulam loqui de omni infirmitate, quod & probat Flam. Paril. d. lib. 12. q. 6. in pr. num. 8. maximè attentis verbis appendiculæ; ibi etiam vigore ſuppliativa

nam esset sanus signata: & proinde quomodocumq; & quandocumq; quis sit infirmus, imò etiam si non sit infirmus, sed post consensum per se, vel procuratorem præstitum moriatur intra xx. dies, locus erit huic reg. hoc est beneficium vacare per obitum & non per resignationem, quamvis ab initio esset sanus, ut patet ex dictis verbis appendiculæ constitutionis, quæ est Clementis vii. ibi etiam viginti supplicacioni &c. & proinde pro nihilo sunt diversæ diversorum Doctorum limitationes hujus reg. videlicet de sene aliàs sano, de qua Mand. q. 4. Gomel. q. 7. item de resignatione amentis extra tempus delirii, de quo Auctor Analyt. Comment. ad hanc reg. n. 347. Gomel. q. 10. item de constituto in periculo mortis, puta tempore tempestatis, prælii, contagionis, de quo Gomel. q. 8. Rebuff. in vna ad hanc reg. gl. 2. n. 14. istæ, inquam, limitationes planè ja in corruunt, propter dictam Clementis vii. appendicularem constitutionem.

Cæterum, hæc reg. limitari potest primò, ut non habeat locum in morte civiliter, si quis resignavit, & intra viginti dies à consensu præstito uxorem ducat, 16 vel ullam monasticam sumat, vel aliud incompatible beneficium assequatur: nam tam non vacabit beneficium ex dictis causis, sed per resignationem, nec erit locus huic reg. nam statutum loquens de morte, intelligitur de naturali, nec extenditur ad civilem gl. & text. in Cap. susceptum de rescript. in 6. Old. Conf. 284. in 5. Alex. Conf. 139. n. 4. lib. 2. Quo fit ut non habeat locum in institutione facta ab Ordinario, ut si patronus præsentaverit ad beneficium vacans per resignationem, si resignans moriatur ante xx. dies, poterit iterum præsentare, quia non præsentavit id casu mortis, & prima præsentatio est nulla, ergo non præstabit impedimentum alteri præsentationi, licet alius consuluerit Decius Conf. 224. cui respondet Rebuff. tract. Nominat. q. 17. n. 5.

Secundò, limitatur ut non procedat in vacatione, quæ fit per sententiam hominis privati vni, ut cum accusatus resignat metu sententiæ privativæ, per ea que latè tradit Auctor Analyt. Comment. ad hanc reg. num. 367. & 270. & Reb. in addit. ad hanc reg. locus autem si prius vni tenentur, cum esset in carceribus, & postea moriatur intra xx. dies, quia tunc habebit locum hæc regula. Flam. d. lib. 11. q. 6. in fi.

Quæro ulterius, quid si Sempronius vel alius abiq; mandato curet signari per Socrum, supplicam resignationis Titii in infirmitate aut etiam sanitate constitutum in Nevium d. Titii nepotem, idemque Titius postea sed intra xx. dies constitutus Gajum procuratorem in Urbe ad resignandum, & consentiendum &c. 17 moriatur intra dictos xx. dies, an sit locus huic Regulæ, & scilicet beneficium ejus censeatur vacare per obitum? Videtur quod sic, propterea quod obique mandato supplicæ sit signata & mortuus sit intra xx. dies. Contrarium tamen videtur verius, sed cum distinctione sequenti. Aut Titius postea fuit

D d 3

conclus

concius dictæ supplicæ resignationis signatæ ratatq; illam habuit & tamen
est dubium quin subsistat resignatio etiam si post mortem d. Ticii, Gajus pro-
curator consenserit : quia sufficit, quod consensus quandocumque intererat,
Flam. Paris. de resig. benef. lib. 6. q. 5. n. 47. qui consensus retrotrahitur ad diem
ratæ supplicæ *Cass. decis. 1. de renun.* modo tamen medio tempore, hoc est ante
consensum præstitum pœnitentia resignantis non supervenerit *Flam. Paris. d. n. 48.*
lib. 1. q. 12. n. 30. quia potest pœnitere, etiam si supplicatio sit signatæ, data & re-
gistrata *Flam. Paris. d. lib. 1. q. 12. n. 30. & 41.* Aut non constat quod Ticius
concius dictæ resignationis, signatæ sed ignoravit, vel dubitavit & consensit,
obiit intra xx. dies, & tunc si mandatum constitutionis in personam Gajus
clausulam ad consentiendum supplicationi signatæ vel signatæ subsisteret
natio & cessabit hæc reg. *Flam. Paris. d. tract. lib. 9. q. 8. n. 19. & 20.* Nec obstat
quod nullum fuerit datum mandatum Sempronio, ad porrigendam supplicam
resignationis : quia supplica potest porrigi à quocumq; absq; mandato, & plu-
quam est signatæ potest dari mandatum ad resignandum & consentiendum
supplicationi signatæ vel signatæ *Flam. d. 10. & q. 6. n. 6. & q. 6. ubi scribitur*
actionem supplicationis posse fieri per quemcumque etiam absq; mandato
ali & per litteras missivas, licet ad præstandum consensum Notarii Camerae
Cancellariæ illum non extenderent nisi constaret de mandato per publicum
instrumentum *Rebus. tit. de procur. ad resig. n. 7.* id quod facit etiam post mortem
ut dictum est, resignantis, atq; hic casus hodie controversatur in Rota, cujus
inde decisioni lubens acquiescam. Sed aliud occurrit, quid si quis constituit
procuratorem ad resignandum coram Papa, an possit interim resignare coram
Ordinario? respondetur negativè, nisi tamen prius resignationem infirmam
procuratori & hæc propter elusionem & variationem clericis maximè prohibita
tam *cl. una de renun. Rebuff. ad Concord. Rub. de Regia. ad Prælat. Nom. sacien. §. 1. n. 1.*
etiam per concessionem: verbo notare debemus, & ideo infert Abb. in c. cum olim
vers. *Quero quid intendit de Re. jud.* quod si habens collationem beneficii à Papa
postea ad inferiorem recipiat alteram super eodem beneficio, Papa poterit
privare eo beneficio quia est prædam ingratitudo, & delusio erga superiorem
propter quas inducitur legitima causa privandi eum, & in hoc casu non debet
multiplicari titulus *Felii. in c. in nostra coll. 3. vers. Titulus multiplicatur descripta. Re-*
buff. d. loco.

Disquirendum quoque est cui incumbat onus probandi ad effectum huius
Regulæ, hoc est, an ei qui dicit infirmum resignasse & obiisse intra xx. dies, an
verò ei qui dicit resignationem validam? & quidem communi calculo recep-
tum est onus probandi ei incumbere qui per exceptionem istius Regulæ quæ
resignationem infringere, Nam ex quo infirmitas seu mors sit ejus fundamen-

illam probare debet, l. qui accusare C. de edendo Gomef. ad hanc reg. q. 36. Mandol. 26. Idque per clarissimas probationes: quia sumus in materia objectiva, in qua opponitur de ista reg. ad annullandam scilicet resignationem veram, quæ proinde odiosa est & strictè interpretanda, Flam. Paris. lib. 12. q. 7. Gomef. q. 36. quem etiam vide q. 9. ubi quaerit quid dicendum in eo qui peste correptus est: & resolvit opponenti de regula incumbere onus probandi mortuum obiisse post xx. dies, cum resignatarius habeat intentionem fundatam in jure, quod ita praesumatur mortuus post xx. dies: eo quia quælibet infirmitas praesumatur durare longo tempore, saltem per annum, ut multis probat Gomef. d. q. 9. cujus opinionem quadamtenus reprobat Mandol. q. 7. n. 6. in fi. quibus rationibus videtur.

19
 Illud denique antequam veniam ad glossema nostri Alphonsi, obiter considerandum (obiter inquam, & remissivè, quia si singulas quaestiones suis modis trutinare hic deberem, volumen tantum non implerent hujus Regulae Scholia) videtur communis est opinio, omnia beneficia comprehendi sub hac reg. Mandol. hinc gloss. 5. Sed an beneficia patrimonialia? locum etiam in iis habere Regulam concludit Mandosius ad hanc Reg. quest. 15. num. 10. in fi. & Flam. Paris. lib. 12. quest. 3. num. 10. Gomef. quest. 21. Quid in Praeceptorii? vide Mandol. hinc quest. 20. ubi resolvit pro affirmativa, si praecipua sint perpetua & in titulum perpetui beneficii, aliàs secus: licet postea indistinctè velit ejusmodi resignationes praecipuarum, quæ sunt in Curia, cadere sub dispositione hujus Regulae. Quid in beneficiis Jurispatronatus? vide Gomef. q. 17. & Flam. Paris. d. lib. 12. quest. 3. num. 28. Azorium lib. 7. Inst. moral. cap. 28. ver. sext. quaeritur, ubi concludunt pro affirmativa. Quid in beneficiis Regularibus? locum de Regulari scribit Anast. Germonius, in suo tract. de Indultu Card. §. Regularia num. 31. Reb. ad hanc Regulam glo. 5. in fine. Quid in Commenda? vide Flam. Paris. lib. 12. quest. 3. num. 10. & Rebuff. d. tit. gl. 7. ubi scribit commendatarum morientem intra xx. dies sub hac Regula comprehendi, praesertim cum Regularis posteriorum Pontificum expressè nominentur, ut videre est in supradicta appendice. Quid in retranslatione seu translatione pensionis? vide Gomef. quest. 16. Mandol. quest. 15. Flam. Paris. d. cap. 3. num. 53. & lib. 6. quest. 4. num. 34. qui resolvunt pro negativo. Sed hodiè attentis dictis novissimis Regularibus res est explorata, ut sub hac Regula includatur. Quid in unione? vide eundem Mandol. quest. 10. Gomef. quest. 15. Flam. Paris. d. quest. 3. num. 47. ubi contra Gomef. resolvit pro affirmativa, & meritò, sed in dictis novissimis Regularibus clarum est unionem dissolutiones comprehendi. Verum quid dicendum in resignatione beneficii retranslationis fructibus? vide Mandol. quest. 14. & Gomef. quest. 20. & Flam. Paris. lib. 12. quest. 5. & Auctorem Analyt. Commentarii ad hanc Regulam num. 323 ubi contra Gomef. scribit pro affirmativa. Quid in beneficiis consistorialibus? vide

GLA
 UNIV
 PARIS
 LAS
 VILLES
 JOR
 1793

vide Flam. Paris. de resignat. lib. 12. q. 3. Quid in officiis Rom. Curie, quae vendi possunt? idem Auctor Analyt. Commentarii n. 424. etiam contra Goulet lib. 22. responderet pro negativa, quam in Gallia servari scribit Per. Rebuff. ad hanc in addit. in verbo aliquod beneficium: & ratio est, quod haec reg. loquatur tantum de Beneficiis Ecclesiasticis. Quid in concessione juris? vide Flam. Paris. de e. ubi esse locum huic reg. scribit; sed quibus rationibus videto. Postremo quoniam beneficiis reservatis, litigiosis & iis quae electiva dicuntur? contulit Azorium lib. 7. Instit. moral. c. 28. ubi cum Rebuffo sentit reg. hanc in his beneficiis locum obtinere.

B Vel Ordinarium) An adstringantur dispositioni hujus Regulae Resignantes coram Ordinariis? vide Auctorem Analyt. Comment. ad hanc Reg. num. 22. & Paponium lib. 3. tit. 2. arresto 1. qui contra Rebuffum in praxi in infirmis benef. resign. gl. 12. num. 3. & in tract. Nominatio. quast. 16. num. 18. Mandatum quastio. 16. Gomebren quast. 26. Flam. Paris. d. lib. 12. quast. 5. num. 8. Warrham Consil. 257. num. 12. de Prabon. Azorium lib. 7. Instit. moral. Cap. 26. no. Quarto quaritur, scribunt Regulam hanc non habere locum in Ordinariis, quae opinio licet tanti Senatus auctoritate munita sit, tuta mihi non videtur, praesertim propter Regulae verba, quavis auctoritate, Flam. Paris. d. quast. 5. num. 8. Sed Renatus Chopinus nodum hunc ita solvit. Aut ultronea est spontanea Ordinarii collatio, tunc Regula haec, quae edita fuit plus favore, non est in ordinum detorquenda, nec eo casu custodiri debet ex Scoto Parisiensi Anno 1552. Decii responsio 224. aut coacta est, & necessaria collatio, utpote in favorem vel causa permutationis, tunc Regula in Ordinario locum fore decrevit Senatus Parisien. pridie Nativitatis 1552. Verum, sepositis exemplis, per quae non est judicandum, & supposito contra Paponii & Auctoris Analyt. Comment. num. 22. opinionem, quod resignatio esset facta coram Ordinario, quodque infirmus obierit infra xx. dies, quo casu beneficium censetur vacare per obitum, jura communem, dubitatur nunc, an Ordinarius possit ejusmodi beneficium tantum per obitum vacans conferre, an vero collatio ad solum Papam pertineat? Hanc quaestionem in utraque partem discutit Gomef. hic quast. 33. & tandem solvit Ordinarium ejusmodi beneficium conferre posse, dummodo resignatio facta sit extra Curiam, alias si per resignantem, vel procuratorem facta sit in Curia in favorem alicujus, collatio esset Papae reservata, & poterit per quemcumque impetrari, Lud. Rom. Consil. 342. Rebuff. in addit. ad hanc reg. in fin. Flam. Paris. de Resig. lib. 12. quast. 10. num. 4. & sequent. Sed huic opinioni adversatur Auctor Analyt. Commentarii ubi supra num. 285. scribens Ordinarium posse, vi & consequentiam hujus Regulae conferre per obitum, etiam si resignatio facta sit in ipsa Romana Curia, etiam personaliter per ipsum resignantem tunc resignantem (si tamen extra Curiam & vicina loca mortuus sit ita quod obitum

contingat in Curia juxta c. presentis de Præbend. in 6.) nam per hanc reg.
 non solum resignatio in manus Papæ facta, sed etiam collatio per eum facta re-
 solvitur & annullatur indistinctè, & beneficium censetur vacare per obitum
 absolurè, ac si nunquam resignatum fuisset. Nec obstat, quod omnia beneficia in
 Curia resignata sint reservata, c. 2. de præb. in 6. (quam tamen reservationem Gal-
 lino admittunt) & in Curia vacare dicuntur, c. 2. de præb. in 6. etiam si consti-
 tutione procuratoris alibi facta sit, *Simonetta tract. de reserv. q. 28. Archid. & Joan.*
And. in Clem. 1. verbo Collatio, ut lite pend. Rota decis. 4. de præb. in antig. Put. Decis.
in sup. fut. dictum in una ad si. lib. 2. quam opinionem dicit communem Flam.
Ditl. d. q. 10. n. 4. tum quia hæc regula expressè disponit, quod beneficia hujus-
modi quavis auctoritate resignata censentur vacare per obitum; tum quia quan-
do collatio Papæ seu manus appositio ejusdem, non est sortita effectum, non in-
ducit affectionem, nec tollit Ordinarii jus conferendi Felit in c. ult. in fi. de præ-
cept. Abb. in c. inter dilectos n. 10. de Excess. pralat. Aub. conf. 58. tum denique,
quæ regula ista nullam reducit reservationem, Gomez. ad hanc reg. q. 33. Ex qui-
bus concludo beneficium in Curia resignatum & vacans per obitum juxta dis-
positionem hujus reg. non esse reservatum, & posse liberè per Ordinarium con-
ferri, & acceptari per acceptantes, & ita quotidie videmus Leodii, & in urbe
prædicari.

(*Ex causa permutationis*) Quod Regula hæc procedat etiam in permu-
 tationibus tradunt omnes, sed dissentus est de quibus, an in æqualibus locum
 habeat tantum, an verò etiam in beneficiis inæqualibus seu imparibus? Nam
 Gomez. *quest. 19. censet & concludit Regulam hanc non procedere, quando*
permutatur cum beneficio æquali & pari, quo casu dicit cessare regulam
& non censeri beneficium vacare per mortem, sed subsistere renunciationem
licetam ex causa permutationis, etiam si intra viginti dies moriatur. Ratio est,
quia Regula hæc pœnalis est, & exorbitat à jure, ideoque restringi debet ad ca-
sum ubi fraudis suspicio est, qualis non est quando cum infirmo permulantur
beneficia æqualia: neque præsumendum est quod tum voluerit infirmus per-
mutare infraudem ordinariorum vel expectantium, contra quam dicitur cum
permutat beneficium pingue cum tenui, quia in tali casu dolus arguitur & fraus
in c. filia mea & ibi Bal. ff. de solut. Matrim. Socin. conf. 83. incip. Miror & conf.
Oldrad. Conf. 324. Col. 3. Bellamera decis. 344. Jo. & And. in c. 2. de Renun-
ciat. 18. Atque in hanc sententiam videtur propendere Mandos. quest. 13. per
ut. Sunt tamen qui adstruant Reg. hanc procedere in quacumque permutatio-
ne æquali sive inæquali, sive fiat cum amico, sive cum extraneo: quorum sanè
opinionem existimem veriore, & juri magis consonam pluribusque præjudi-
ciis confirmatam, quam probare etiam video Authorem Analyt. Comment.
ad hanc Reg. num. 322. & Achillem de Grassis decis. 376. & Flam. Paril. lib. 12. de

E c

Resig.

Resig. benef. q. 5. n. 20. & seqq. Et ratio est, quia etiam si supponamus quod resig. sit poenalis & odiosa ut vult Gomel. eodq; strictè capiendam esse, quæ non solum fraudes tamen certum est mentem legislatoris attendendam esse, quæ non solum fraudes excludere voluit, sed etiam providere ne beneficia fierent hereditaria R. d. d. 4. n. 6. Cassad. super Reg. decis. 31. & 32. cum successio in Ecclesia Dei sit hereditaria & damnata c. ad abolendam c. ad extirpandas de filiis. Præbir. Consi. Trid. de Reformat. c. 7. At verò quando in dispositione plures deprehenduntur rationes, licet una ratio cesserit, aliæ adhuc considerantur, ut docet idem Gomel. q. 2. & Cassad. d. loco Flam. Paris. d. q. 7. n. 21. & seqq. præterquam quod si resig. hæreticæ cedat in articulo fraudis, seu inæqualitatis beneficii ex qua fraus præsumitur, nihil operaretur: quia jam in eventum fraudis dispositum erat per c. 2. denunciatur, in 6. cum ergo locus sit regulæ indistinctæ, non erit opus recurrendum ad probationem circumstantiarum de quibus in d. c. 2. nec sit præjudicium commutanti, qui ipso jure remanebit in titulo & possessione pristina sine nova collatione juxta opinionem quorundam, Jo. And. in c. si beneficia de prob. in d. d. vius in c. cum venerabilis 13. de except. quamvis Gomel. d. q. 19. contrarium tenet, & restringat hanc reg. ad resignationem infirmi ad casum de quo in d. c. 2. ubi dicitur notavit idem Auctor Analytici Commentarii.

D *Bene impetratum*) Vide Gomel. quest. 34. in fi. ubi concludit clausulam *vel alio modo* & c. comprehendere etiam casum mortis, tu illum consule, in d. Flam. Paris. tract. de resig. benef. lib. 12. quest. ult. num. 23. & Auctorem Analyt. Comment. hic num. 299. & 328. qui postremus recedit ab opinione Gomel. quibus rationibus & argumentis videto. Hoc tamen pro explorato est, quod qui beneficium impetravit adjecta d. clausula, non censetur impetrasse nisi alio modo vacet ex alterius persona; quod & ostendit noster, infra ibi, *modo per eandem personam*, quod limita nisi additum sit, quod plerumque ad solet, *vel ex alterius cujuscumq; persona*, cum enim vacationis modus quilibet cujuscumque personæ expressus intelligitur, ut resolvit senatus Sabaudia in na parochial. de Servolex 1588. 14. Kalen. Julii referente Ant. Fabro in suo Cod. lib. 1. in. definit. 1. Adverte tamen d. clausulam *vel alio quovis modo* non facere validam impetrationem in qua expressus sit omninò falsus vacationis modus, sive imprudenter, sive dolose, ut puta si narratum sit, vacare beneficium per obitum ejus, qui nunquam obiit, aut per incapacitatem resignatæ, cum non nisi facta in favorem esset resignatio. Nam ut certus, ita verus vacandi modus, aut saltem qui verus esse possit, adeoq; qui communiter verus esse putetur, omninò est exprimendus, Boer. decis. 150. num. 12. & 13. ne obreptum (obreptum que dici possit. An igitur nullius bono erit adjectio d. clausula? non erit, si bene

beneficium eo qui expressus est modo vacaverit, non noceat impetranti, quod ab alio iam impetratum rursus novo modo, qui posterioris impetrationis tempore probabiliter ignorabatur, vacare coeperit, atque ita q. hanc terminavit idē Senatus eodem referente Fabro ad d. tit. 2. desinit. 4.

Sed et expresse derogare) Nec etiam sufficienter derogationes quantumvis generales Papæ, *Auctor Analyt. Comment. n. 127.*

Sed an ejusmodi derogatio per Papam vel suum Legatum facta in favorem applicationem privati, præjudicet nominatis Universitatibus, si resignans de eadem infirmitate infra xx. dies moriatur in mensibus eis deputatis, consule eundem *Auct. Analyt. Comment. n. 130.* ubi late, suo more, disputat pro negativa, licet sub numero 141. & 164. tandem resolvat melius facturos eos qui nominati sunt, si acquiescant derogationi Papæ, vel etiam sui legati, etiamsi haberet in genere facultatem derogandi: cum de facto ejusmodi derogationes tolerentur, etiam in præjudicium Ordinarii, vel patroni Ecclesiastici: & postea parum sibi contentans sub num. 335. scribit & contendit nec Papam huic reg. derogare posse, quibus quomodolibet derogatio induceret reservationem, quæ prohibita est per Concordia & Concordata. Sed insistamus opinioni communi, uti tutiori & receptiori, quæ etiam placuit Senatui Parisiensi apud Jo. Lucium *lib. 1. Placitorum tit. 4. arresio 6.*

Non erat spes Mortis) Gomelius ad hanc Regul. quæst. 11. istam quoque questionem accuratè discuit, & tandem pro negativa cum nostro Glossographo resolvit: subjicitq; ut quis dicatur mori ex nova infirmitate, & non ex antiqua, habere hoc plenè probari per juramenta medicorum & chirurgum, quibus debet per l. semel C. de Re. milit. lib. 12. cap. significasti 2. de homicidio Ang. Aret. ubi præterea col. 2. *Instit. de Res. divisio.* & alias concludentes probationes Rebuff. in præxi d. tit. glo. 9. & 11. Et ratio est, quia præsumitur quis mori ex eadem infirmitate, nisi contrarium probetur *Bart. in tract. de percuss. Bald. in cap. 1. Quibus. feud. avit.* Unde dicitur quis mori ex eadem infirmitate, etiamsi species ipsa febris vel alijs morbi variaverit, si tamen occasione infirmitatis seu vulneris equè resignans tempore resignationis laborabat sine intervallis recuperata sanitatis laborabat, processit, & in dubio præsumitur eadē infirmitas, ut notat idem *Auctor Analyt. Comment. num. 8.* qui insuper num. 9. quærit an intret dispositio hujus regulæ in eo, qui, verbi gratia, correptus febre, vel simili morbo, quo tempore resignationis laborabat, veneno, lapsu, gladio, incendio, vel simili causa laborans sit infra xx. dies, & resolvit, si constet talem infirmum omninò mortuum infra dictos dies ex priore infirmitate, locum esse huic regulæ, quod apparere poterit ex opinione medicorum, cui stari debet, ut ante ostensum est: licet ergo si non erat moriturus. Hinc apud Fran. Marcum *decis. 1161. n. 6.* scriptum legimus, reg. hanc cessare in eo, qui tempore resignationis detinebatur

E c 2

infirmis

infirmitate guttæ, vel podagræ, & post paulò casu obierit, utputa quodlibet conciderit vel simili; quia in eiusmodi eventibus cessabit dispositio hujus Reg. Sed hodiè cum ex Constitutione Clementis VII. non requiratur infirmitas in initio, hoc est tempore supplicationis præsentatæ, & sufficiat si illa medio tempore & in fine occurrat, & sic ante consentum & post consentum, non est quæ anxio & dubio calamo disquiramus. an quis ex nova vel antiqua infirmitate mortuus sit, ut sit huic Regulæ locus.

G (Ubi sunt favores, Papa derogat) Hodiè communiter, & de stylo derogatur huic Reg. quando resignans est absens à Curia ut dicit Gomef. *ad hanc reg. q. 39. Flam. Paril. de resig. benef. lib. 12. q. 14. n. 2.* Sed an Legatus cum potestate derogandi Regulæ Cancellariæ, vel quilibet illo inferior cum eadem potestate, possit huic Regulæ derogare? In hac quæstione se diffundit Mandos. *q. 19.* & tandem concludit pro affirmatiua, pro qua etiam extrat Placitum Curia Parisiensis apud Paponiam *lib. 11. tit. 5. arresto. 14.* Hancque opinionem probat, & sequitur Flam. *d. lib. 12. q. 14. n. 4. & 13.* ubi etiam *n. 8.* scribit Legatum delatere non posse rogare huic Regulæ: quia neque is, aut alius inferior potest tollere constitutiones, & decreta summi Pontificis, *c. cum inferior. de Major. & obed. A. Nicol. hic q. 19.* nisi specialem & individualem habeat facultatem derogandi *Auctor. Analit. Comment. hic n. 127.*

H (Intelligi de naturali) Idem sentit Gomef. *q. 38. & Reb. in praxi tit. de infirmo q. 5. & reitè.* Nam cum Regula hæc ut existimat Gomefius, sit odiosa, & contraque commune, restringi debet respectu odii, si verò tendit in favorem resignantis, ampliari, *cap. edia de reg. jur. in 6.* Neque enim novum est, quod dispositio potest diversis respectibus judicari favorabilis & odiosa, *Bal. in l. venia. post gl. C. de imp. voc. Decim. Consil. 259. n. 1.* Debent autem isti dies computari à die consentus præstandi (ut per novissimos Pontifices statutum est, quod ante ostendi) si consensus fuerit præstitus per procuratorem, sive per resignantem: nec sufficit consensus per constitutionem procuratoris, sed requiritur quod consensus præstetur ubi fit resignatio, scilicet in Camera vel Cancellariæ, *Rebuff. d. tit. 2. Flam. Paril. lib. 8. ibi passim.*

I (Licet Dies) Vide Alciat. *in l. urbis, 2. §. cujusq. ff. de verb. sig. ubi tribus modis licet em accipi scribit, & quidem aliter quàm noster Glossographus.*

K (De momento ad momentum) Hac de re contule Flam. Paril. *d. lib. 12. de Resignat. quest. 8. num. 7.* ubi scribit idem, quo præstatur consensus à resignante qui moritur intra xx. dies debere computari de momento ad momentum, quod & probat Fran. Marcus. *Decis. Delphin. 1161. n. 5.* Intellige tamen diem in quo per resignantem vel ejus specialem procuratorem præstatur consensus, non computari in termino xx. dierum: quia terminus iste præfigitur per præpositionem A. quæ de sui natura excludit terminum à quo, *Bart. Bal. Castren. Alex. Jafrel. d. lib. 12. q. 14. n. 4.*

Si quis Cantio. Alex. Conf. 86. in fi. lib. 7. quibus adde Gomef. hic q. 37. Viginti ego dies ab illo die præstiti consensus per resignantem intercedant necesse est, ut hinc reg. locus sit: consensus dico per ipsum resignantem, si in Curia sit; aut per ipsum specialem procuratorem præstiti, qui expeditioni bullarum consensit & intaverit, ut moris est secundum reg. 43. Innocentii infra de benef. resig. in Curia. Licet ante tempora Julii II. qui hanc Innocentii Regulam innovavit & publicavit Anno 1503. Novemb. 28. eique primus addidit clausulam præscriptam Die per ipsum resignantem prestandi consensus computandos &c. dicti xx. dies inciperent currere statim à resignatione admitta, sive collatio esset facta, sive dilata. Denique adverte, quod dies obitus non sit habendus pro completo ut firmavit Boce apud Flam. Paris. de resig. lib. 12 q. 2. n. 23.

Regula est odiosa) Quod tamen absolute verum non est, teste Gomef. ad hanc reg. q. 17. quem vide: Nam & favorabilem esse multis rationibus tenuit Flam. Paul. de resig. benef. lib. 12. q. 2. n. 9. & seqq. nec est absurdum eandem dispositionem: 4^{ta} dicitur respectibus favorabilem & odiosam judicari, ut prædixi.

ARGUMENTA IN REG. XIX. INNOCENT. VIII. ET PAULI V.

- 1. Non incolæ & exteri sunt capaces beneficiorum in Hispania si intelligant & sciant loqui idioma, accedente tamen Regis consensu.
- 2. Privilegium datum absenti si non sit acceptatum seu habeat gratum, corrumpit.
- 3. An hæc reg. locum habeat in ordinario & n. 14.
- 4. Hæc reg. pœnalis est.
- 5. Hæc reg. cessat si Papa provideat alio de parochiali ex certa scientia & in suo proprio, & n. 15.
- 6. Papa derogans huic reg. non tamen regulæ pen. de Expectativis, an censetur utriq; derogare.
- 7. Hæc regula ampliata est per Gregorium XIII. & alios successores, &

- in quo.
- 8. Episcopatus, ArchiEpiscop. & Patriarchatus an sub hæc reg. comprehendantur, An. Sylvius repullam passus ad Canonicatum: ob linguæ imperitiâ ibid.
- 9. An hæc reg. locum habeat in Ecclesia Commendata?
- 10. An comprehendat hæc reg. Vicarius perpetuos, & quid in beneficiis electivis.
- 11. Quid in mandatis Apostolicis de providendo.
- 12. An sufficiat ad effectum hujus reg. intelligere, & loqui idioma tempore vacationis, an vero tempore concessi mandati.

Ec 3 13. Paro-

GLA
UNIM
ARLA
LAS
VRES
JON
P... ..

13. Parochialis Ecclesia quæ dicatur, & quæ beneficia curata.
 14. Regula hæc locum obtinet etiam in Ordinario secundum aliquos.
 15. In Gallia nec Ordinarius, nec legatus possunt alienigenis conferre.
 16. An dispositio hujus reg. cesset cum

Papa alicui providet ex certa scientia & proprio motu.
 17. Consilium Trid. tollit expectativam
 18. Cessat dispositio hujus reg. quando Papa dispensat.
 19. Clausula in dispensatione adjecta.

ARGUMENTA IN REG. XIX. INNOCENT VIII.
 ET PAULI V.

DE IDIOMATE.

Item voluit quod si contingat ipsū alicui personæ de Parochiali Ecclesia providere, seu mandare provideri, vel gratiam expectativam concedere, nisi dicta persona intelligat, & intelligibiliter loquatur idioma loci ubi Ecclesia hujusmodi consistit, provisio seu mandatum & Gratia de super quoad Parochialem Ecclesiam nullius sit roboris vel momenti.

GLOSSEMA ALPHONSI.

A Nista Regula dicitur, quod si Papa concedit alicui gratiam expectativam, vel provisio
B sibi de Parochiali Ecclesia, & ipse non intelligat idioma loci ubi Ecclesia Parochialis existit,
C quod provisio & gratia expectativa sit nulla, quoad Parochialem. Ista Regula facit contra
 vulgares, dicentes quod unumquodq; regnum habet hanc prerogativam, quod nullus ibi
 potest habere gratiam expectativam, nec beneficium sine legitimatione Regis: quia hoc est
 verum: nam si sciat loqui idioma intelligibiliter, & intelligat, satis est. Ex quo infer-
 tur, quod in regno Hispania, sive Castella, possunt habere sine licentia Regis confissa,
 & Aragonenses, & Catalani, Portugallenses, & etiam Favianenses, si intelligant idio-
 ma & sciant loqui, etiam possunt habere Parochiales, quia de aliis non est dubium pro hanc
 Regulam. Papa tamen Sixtus dedit unam bullam motu proprio Regi Hispania, quod in
 regno suo nullus forensis posset tenere beneficium sine ejus consensu, & cassat omnes expecta-
 tivas & impetrationes &c. & nunc est presentata in una Causa Canonice Teletani
 tertia instantia, sed fortè illa Bulla non nocet Domino Episcopo Vintoniensi & Alori Dato-
 rio moderno: tum quia illa Bulla non fuit deducta in usum, imò fuit in abusum, & sic
 perdita, per nor. in c. suggestum de deci. & in cap. accessissent de Condit. cum